



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Decimotertio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

S. 3. Decernentes easdem presentes. literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Sept. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CXVIII.

Conceduntur Privilegia Capellanis *Communibus* Sanctitatis Suae.

Similia Privilegia concessa fuere ab Inn. XII. Const. ed. 1693. Dec. 4. P. 3. Et conceduntur ab Inn. XIII. Const. ed. 1721. Jun. 17. P. 1.

Dat. 7. Dec.
1712. An. 13.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Nomina Capellanorum, & merita.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joannes Alexander de Marinis Pisaren. Diocesis, Carolus Mariani Romanus, & Augustinus Colangeli Spoletan. Diocesis Presbyteri moderni Capellæ nostræ Pontificæ Capellani familiares nostri nobis, & Apostolicæ Sedis hætenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Hinc est, quod nos volentes (*Reliqua vide Inn. XI. Const. ed. 1680. Aug. 2. P. 1.*)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Decemb. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXIX.

Declaratur, & decernitur pertinere ad Congregationem Clericorum Regularium Minorum Cathedra in Archigymnasio Romano, & Officium Consultoris in Congregatione Indicis,

Reverendiss. Card. Camerlengo.

CI hanno fatto rappresentare li Chierici Regolari Minori, che la fel. mem. d'Alessandro VII. nostro Prædecessore aggradendo la prontezza, con cui li consegnarono la celebre Libreria, che la chiara memoria di Francesco Maria della Rovere ultimo Duca di Urbino aveva lasciato loro per la Casa del Crocifisso d'Urbano, trasportata poi, ed a comodo, ed utilità publica collocata in questa Sapienza di Roma, li aggraziasse in perpetuo, non solo ivi d'una lettura perpetua, ma anche d'un luogo di Consultore nella nostra Congregazione dell'Indice de' Libri proibiti, e sebbene da esso Pontefice non ne fosse positivamente seguita la grazia per aver già cominciato ad infermarli, tuttavia ne abbiamo sempre goduto l'effetto, e venga sufficientemente giustificata coll' attestato del fu Monsignor Marc' Antonio Bucatti, e di Gio. Matteo Hairone, mandati dallo stesso nostro Prædecessore a prendere la detta Libreria; Onde gelosi, che col progresso del tempo non potesse perdersi la memoria di una grazia, che tanto qualifica la loro Religione, ci supplicavano, che volessimo assicurarli con qualche atto positivo della nostra Apostolica autorità; Noi dunque volendo secondare l'intenzione del sudetto Pontefice Alessandro espressamente riferita dalle soprannominate persone già defunte, e degne di tutta la fede, e comprovataci dalla sudetta osservanza giamai da quel tempo interrotta, specialmente perche sempre rilevi la Pontificia gratitudine verso la detta Religione, siamo ben volentieri condescesi com'appresso all'istanza; E però col presente Chirografo, in cui abbiamo per espressa ogni, e qualunque cosa quantosivoglia necessaria d'esprimerli di nostra certa scienza, e con la pienezza della nostra potestà dichiariamo, e vogliamo, che alla sopradetta Religione de' Chierici Regolari Minori spetti, ed in ogni futuro tempo sia perpetuamente dovuto il luogo, e grado d'un Lettore nella Sapienza di Roma, come pure quello di Consultore nella nostra Congregazione dell'Indice, ed ordiniamo a Voi, che quante volte succederà la vacanza del detto Lettore, facciate sempre surrogare altro soggetto idoneo della stessa Religione da depurarsi, ed approvarsi da Noi; Così ancora al Reverendissimo Card. Prefetto *pro tempore* della detta Congregazione dell'Indice, che parimente riceva sempre un simile Religioso idoneo pure da deputarsi, ed approvarsi da Noi per Consultore d'essa Congregazione, facendogli godere ogni dritto, ed onorificenza, che per tali cariche rispettivamente se gli dovesse, senza che possa da chi sia pretendersi alcuna cosa in contrario per essere così mente, e volontà precisamente uniforme a quella del sudetto nostro Prædecessore Alessandro, volendo, e decretando, che questo nostro Chirografo vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la nostra semplice sottoscrizione, ne possa in verun tempo opporgli di surrezione, obreazione, nè alcun altro vizio, o difetto d'Apostolica volontà, ed intenzione, non ostanti in quello faceste di bisogno le Costituzioni, Ordinanze, e Decreti sopra lo Studio della Sapienza, e rispettivamente sopra l'erezione della detta Congregazione, la Regola della nostra Cancellaria *de jure questio non tollendo*, ed ogn' altra cosa, che in qualunque modo potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendo il tenore di parola in parola inserito per questa sola volta, ed all'effetto premeffo amplamente deroghiamo.

Dato dal nostro Palazzo Apostol. Vaticano questo di 8. Aprile 1713.

Cause presentis Declarationis, seu Chirographi, & preces Clericorum.

Declaratio, & Decretum præd.

Clausula.

Conceditur

CXX.

Conceditur Derogatio Constitutionum Clem. X. quoad alternativam regiminis Abbatiarum inter Abbates, & Monachos Congregationis Montis Oliveti.

Laudate Constitutiones editæ fuere 1671. Feb. 27. & Jun. 21. de forma eligendi Abbatem Gen. vide Const. ed. 1707. Jan. 28. P. 7. Et Bened. XIII. Const. ed. 1729. Dec. 6. P. 6. agitur de Abbatibus Titularibus.

Dat. 12. Apr.
1713. An. 13.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Epitome prioris Constitutionis, qua concessa fuit facultas creandi 12. Abbates Titulares, juxta præscriptas condiciones.

Alias felic. record. Clemens Papa X. Præcessor Noster supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti nomine sibi de consilio, & assensu bo. mem. Cæsaris S. R. E. Cardinalis Facchenetti nuncupati, dum vixit, ejusdem Congregationis apud dictum Clementem Prædecessorem, & Sedem Apostolicam Protectoris super hoc humiliter porrectis inclinatus, tunc, & pro tempore existenti Abbati Generali memoratæ Congregationis, una cum diffinitorio ipsius Congregationis duodecim Abbates titulares, nempe duos pro quolibet Provincia ejusdem Congregationis, qui tamen essent ætate quinquagenarii, & saltem viginti annorum spatio lecturam, aut Verbi Dei prædicationem, vel Vicarii, aut Magistri Novitiorum, aut Œconomica Officia exercendo, Congregationi prædictæ laudabiliter interservissent, ita tamen, ut ejusmodi Abbates titulares, nec gubernium Monasteriorum, nec votum, sive suffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam prærogativam, vel exemptionem, quæ Monasteriis onerosa esset, prætereundum valeret, sed in Ecclesia saltem diebus festivi Missæ Conventuali, & Vesperis, ac diebus singulis mane Orationi mentali interesse tenerentur, auctoritate sua Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi, & non ultra subrogandi plenam, & amplam facultatem tribuit, & impertitus fuit; Et quia nonnunquam accidebat, ut aliquis Abbas Regiminis dictæ Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergo regimen, sive gubernium Monasterii sibi commissi alternis vicibus cum illo agere esset contentus, permisit memorato Abbati Generali una cum diffinitorio prædicto ejusmodi alternationes acceptare, & ad usum deducere, dummodo tamen Abbas ad id sponte consentiret, ac in Monacho concurrerent qualitates ad Abbatiam juxta præscriptum Constitutionum dictæ Congregationis necessariæ, & non aliter; Porro voluit, ut unus tantum eorum, nempe ille, qui Monasterium actu gubernaret, votum, sive suffragium in Capitulo Generali Congregationis prædictæ haberet, vacans autem a gubernio in alterius gubernantis Monasterio degeret, nec plus prætereundum posset quam Monachus ordinarius præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter solus remaneret Abbas regiminis quamdiu viveret, vel donec renunciaret; Et subinde porrectis sibi denuo pro parte dicti Procuratoris Generalis supplicationibus benigne annuens, quod illi Monachi, ad quorum favorem fierent renunciationes, sive alternationes hujusmodi quadraginta annis majores, nec Abbatum eisdem alternationes facientium, in primo, vel secundo gradu consanguinei esse, sed in Monasteriis, in quibus saltem viginti Monachi residerent, Officiales fuisse deberent, nec ejusmodi renunciationes, sive alternationes ab illis Abbatibus qui ef-

sent actu Visitatores, neque in præjudicium Officialium actualium, aut eorum, qui fuissent Officialia Monasterii Montis Oliveti majoris dictæ Congregationis, cæteris paribus fieri possent, dicta auctoritate statuit, & ordinavit, & alias, prout in binis ejusdem Clementis Prædecessoris in forma Brevis die 27. Februarii, & die 21. Junii 1671. respectively emanatis Literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti Filii moderatus Abbas Generalis, & diffinitores memoratæ Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, progressu temporis experientia compertum sit, numerum Abbatum alternationes hujusmodi facientium Monasteriis cum detrimento disciplinæ, & observantiæ Regularis valde onerosum existere, & propterea ipsi Exponentes, quo de cetero ejusmodi guberniorum alternationes prohibita, & interdicta remaneant prædictis Clementis Prædecessoris Literis hac in parte, itaut in alia, quæ collationem Abbatiarum titularium benemeritis in eadem Congregatione faciendam concernit, in suo robore, & firmitate persistant, per nos derogari plurimum desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione dilecti Filii nostri Joannis Baptistæ prædictæ S. R. E. Cardinalis Spinulæ Nuncupati, ejusdem Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super præmissis eisdem Cardinalibus facta, petitam derogationem primodictarum Literarum hujusmodi in ea parte dumtaxat, quæ alternativam respicit, dicta auctoritate tenore præsentium concedimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in Literis prædictis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique Locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XII. Aprilis MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Cause præsentis Constitutionis, & preces Abbatibus Diffinitorii Gen.

Concessio prædictæ Derogationis.

Clausula.

Epitome posterioris Constitutionis, qua permittitur fuere alternationes regiminis Abbatiarum inter Abbates & Monachos cum quibusdam conditionibus.

CXXI.

Confirmatur Decretum Congregationis Epif., & Regul. de suffragio concedendo Superioribus cujuscumque Conventus Min. de Observ. in Provinciis Indiarum Occident. non obstante Constitutione Pauli V.

Idem concessum fuit Provinciis Florida, & de Buenos ayres, necnon S. Antonini, & S. Crucis FF. Predicatorum Constitutionibus editis 1707. Nov. 31. 1708. Jul. 20. & 1712. Jun. 10. Item quibusdam Provinciis FF. S. Aug. Constitutione ed. 1713. Jun. 21. P. 13. Laudata Pauli Const. ed. fuit 1611. Dec. 23. Et Const. ed. 1717. Jan. 25. P. 17. agitur de Visitatore pro Provincia Chilen.

Dat. 16. Junii 1713. An. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ne Superiores parvorum Canoniorum suffragium ferrent in Capitulis Provincialibus obstat Pauli V. Constitutio.

Nuper pro parte dilecti filii Andreae de Quiles fratris expresse professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Procuratoris Generalis in Curia Matritensi omnium Provinciarum Indiarum Occidentalium ejusdem Ordinis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod cum a longissimo tempore in pluribus Provinciis, & Domibus earundem Provinciarum ob Indorum paupertatem exiguus Religiosorum numerus sustentatus fuisset, dictique Religiosi instructioni illorum populorum pro conservanda Fide Catholica sedulam operam navassent, evenerat, prout de praesenti eveniebat, ut Religiosi hujusmodi in aliqua ex dictis Domibus tres, in altera duo, in alia vero unus tantum reperirentur, ac attempto tam exiguo Religiosorum numero Guardiani, & Superiores earundem Domorum impediti fuerint qui vota, sive suffragia in eorum Capitulis Provincialibus absque notorio scandalo ferre potuerint, in vim quarumdam literarum fel. rec. Pauli PP. V. Praedecessoris nostri die 23. Decembris 1611. expeditarum, per quas statuabatur, ut Conventus praedicti supprimi, eorum vero Religiosi ad alios Conventus commodiores transferri deberent, & alias, prout in praedictis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresse, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod memorati Pauli Praedecessoris literae executioni demandatae minime reperiebantur, sed solum allegabantur ad fovendas dissensiones, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Sanctae Fidei in eisdem Indiis praedictae Congregationi Cardinalium retulerat, proindeque ut inter memoratos Religiosos mutua animo tranquillitas stabiliretur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut circa praemissa id quod alias ad favorem Provinciarum Floridae, & de Buenos ayres Fratrum ejusdem Ordinis, necnon Sancti Antonini novi Regni Granatae, & Sanctae Crucis Ordinis Fratrum Praedicatorum in eisdem Indiis die 21. Novembris 1707., & die 20. Julii 1708. necnon die 10. Junii anni proxime praeteriti rescriptum fuerat, nempe ut memoratis Pauli Praedecessoris literis minime obstantibus, etiam in reliquis supradictis ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia Provinciis servari decerneretur. Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad

Causae praed. Decreti.

Decretum Congregationis.

quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, audito P. Procuratore Generali Ordinis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, ac decrevit servandum solitum, enunciato Brevis S. M. Pauli V., & aliis quibuscumque non obstantibus. Romae 16. Martii 1713. G. Cardinalis Carpineus. T. A. Nicenus Sec.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Andreas Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, & servetur exactius Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitur plurimum desideret: Nos ipsius Andreae votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robor adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Dioecesis sub Annulo Pisc. die XVI. Jun. MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Confirmatur Decretum Congregationis Epif., & Reg. de concedendo suffragio Superioribus cujuscumque Cœnobii Fratrum Eremitarum S. Augustini in quibusdam Provinciis Indiarum Occident., non obstante Constitutione Pauli V.

Simile Decretum pro Fratribus Minoribus de Observ. vide Constitutionem praecedentem. Const. ed. 1708. Aug. 14. P. 8. extat Decretum contra alternativam in Provincia B. M. V. de Gratia. Et Const. ed. 1720. Off. 20. P. 20. augetur numerus Magistrorum in Provincia Peruviana.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Augustini Garciae de Galbes Fratris expresse professi Ordinis

Preces Procuratoris Provinciarum in Curia Matriten.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

CXXII.

Dat. 21. Junii 1713. An. 13.

Ne Superioribus parvorum Canoniorum

Eremita-

bioium præd. suffragium de morte concederetur, vetabat Constitutio Pauli V.

Eremitarum S. Augustini in Sacra Theologia Magistri, ac Procuratoris Generalis Provincia- rum B. Mariæ de Gratia nuncupat. novi Regni Granaten. Peruvii, & Mexican. ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod licet in aliquo earumdem Provinciarum Conventibus, seu Domibus valde exiguus, nempe duorum, trium, seu quatuor Religiosorum numerus aleretur, ac etiam in nonnullis Domibus hujusmodi unus tantum Religiosus nomine Prioris habitaverit, & inhabitaret, nihilominus iidem Conventus omnibus illis prærogativis, quibus cæteri Conventus majori, & sufficienti eorumdem Religiosorum numero referti frui solebant, fruebantur, & inter alia, ut eorum Priores, seu Vicarii pro legitimis Superioribus semper habiti, ac voto sive suffragio in Capitulis Provincialibus potiti fuerint ex eo quia prædictorum Religiosorum munus in instruendis in explicatione Catechismi Populis illarum partium, eisque ad gremium Fidei Catholicæ adducendis versabatur, eaque de causa satis longe se conferre cogebantur, nec eis ob tam considerabilem distantiam ad propriam Domum, nisi post plurimum mensium, vel etiam alicujus anni spatium redire licebat. Porro hoc minime obstante vigore quarundam literarum fel. rec. Pauli PP. V. Prædecessoris nostri die 23. Decembris 1591. in simili forma Brevis desuper expeditarum prætendebatur Conventus hujusmodi, qui octo Religiosorum numerum sustentare nequissent, supprimi debere, si vero ad suppressionem hujusmodi devenire minime posset, Religiosi ad alios Conventus, seu ad alias Domos Regulares transferendi essent, itaut in partibus Indiarum non reperiretur Monasterium, aut Regularis Domus, in quo, seu qua minor numerus octo Monachorum, seu Fratrum Regularem vitam duceret, & alias, prout in supradictis Pauli Prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Et in eadem expositione subjuncto, quod prædictæ Pauli Prædecessoris literæ executioni nunquam demandatæ fuerant, si vero executioni hujusmodi demandatæ essent, diversæ inordinationes, non sine maximo scandalo exinde essent orituræ, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus S. Fidei eidem Congregationi Cardinalium retulerat, eaque de causa memorati Pauli Prædecessoris literæ, quarum executio arbitrio Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in eisdem partibus existentium commissa fuerat, hucusque ab eis ob præmissa ejusmodi executioni demandatæ minime reperiebantur. Proindeque prædictæ Congregationi Cardinalium supplicato ut circa præmissa nihil innovari, sed solum in dictis Provinciis non obstantibus præfatis Pauli Prædecessoris literis quemadmodum per eandem Congregationem Cardinalium Provincie Floridae, & de Buenos agros Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. die 21. Novembris 1707., & die 21. Julii 1708. necnon die 10. Junii anni proxime præteriti Provincie S. Antonini novi Regni Granaten., & S. Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum in eisdem Indiis ad earum favorem rescribi obtinuerunt, servari deberet, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, audito Patre Procuratore Generali Ordinis referente Eminentissimo de Abdua cen-

suit, ac decrevit, servandum solitum, non obstante enunciato Brevi S. M. Pauli V., & aliis quibuscumque. Romæ 16. Martii 1713. G. Cardinalis Carpineus. F. A. Nicænus Sec.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Augustinus Garzias Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patto- cinio communiti plurimum desideret; Nos ipse Augustini Garzias votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exiit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter potrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris die XXI. Junii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimo tertio.

Mandatur Ordinariis quamplurimum nationum, & Generalibus Religiosorum Ordinum, ut commendari curent Populis Christifideles Captivos.

Idem mandatum extat Constit. ed. 1709. Maji 25., P. 9. Inn. XIII. Const. ed. 1721. Nov. 21. P. 1. confirmantur literæ Urb. VIII. pro indigentibus locorum Terra Sancta.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius Hieronymus Cavizzudo in Sacra Theologia Doctor Minister, & Superior Conventus Sanctæ Franciscæ Romanæ de Urbe, necnon Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum, Nobis nuper exponi

Preces Procuratoris Provincialium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausulæ.

CXXIII.

Dat. 16. Sept. 1713. An. 13.

Causa præsentis Constitutionis, & preces Procuratoris Gen. Ord. SS. Trinit. Red. Captiv.

Causa sequentis Decreti.

Decretum Congregationis.

fecit, Christifideles multo numero sub dura Barbarorum servitute cum gemino corporis, & Animæ periculo detineantur, quia vero illorum redemptio pluribus abhinc annis tam propter bella, ac Regionum direptiones, quam propter Conventuum egestatem, & eleemosynarum diminutionem intermissa fuit, unde eorundem Captivorum calamitates, & pericula in dies ingravescunt; dictus Hieronymus Procurator Generalis Christifidelium pietatem ad opus adeo pium excitari plurimum desideret:

§. 1. Nos ipsius Hieronymi Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Francisci Mariæ Casini Tituli S. Priscæ S. R. E. Cardinalis S. Priscæ nuncupat. dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super præmissis eisdem Cardinalibus facta, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Regnorum Castellæ, Beticæ, Aragoniæ, Valentia, Principatus Catalaniæ, Insularum Majoricæ, & Minoricæ, ac iidem Regarum Sardinia, Legionis, & Navarræ, Franciæ, necnon Provinciarum Campaniæ, Picardiæ, Normandiæ, Ovitana, Provinciæ, Belgii, Italiæ, Portugalliæ, & Siciliæ, ac Civitatum Neapolitan., Jannuen., Taurinen., & Alexandrin. Provinciæ Mediolanen. respectivè Ordinariis, necnon dilectis filiis Superioribus Generalibus quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutum Regularium harum serie, auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ut saltem duabus vicibus quolibet anno, Adventus scilicet, & Quadragesimæ temporibus in suis respectivè Ecclesiis, tam per verbi Dei Prædicatores in Sacris Concionibus, quam aliis actionibus, & functionibus publicis prædictorum Christifidelium Captivorum miserias, & calamitates Populo proponi, & commendari curent, & faciant, ut eorum exhortationibus stimulentur Christifideles ad eleemosynas largiter conferendas, quibus Redemptores dicti Ordinis eosdem Captivos a dicta servitute hujusmodi redimere, ac illorum spirituali consolationi, corporalique saluti Domino benedicente valeant providere, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Septembris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Mandatum
præd.

Clausulæ.

Conceditur Congregationi Monachorum Vallis-Umbrosæ communicatio privilegiorum quorundam Ordinum, & Congregationum.

Privilegia Congregat. Cassinensis concessa fuere a Jul. II. Et quedam alia a Clem. X. Const. ed. 1671. Off. 2. P. 2.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, quod inscrutabilis divini Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati nostræ committere dignata est; salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, Religiosos viros sub suavi Christi jugo vota sua reddere, uberesque bonorum operum fructus adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentes ut eo alacrius pietatis exercitiis incumbant, favoribus, & gratis libenter prosequimur opportunis.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Columbinus Bassi Abbas Generalis Monachorum Congregationis Vallis-Umbrosæ Ordinis S. Benedicti, quod alias postquam Monasteria dictæ Congregationis an. 1484. insimul unita, & in Congregationem a fel. rec. Innocentio PP. VIII. Prædecessore nostro auctoritate Apostolica erecta fuerant, præ mem. Jul. PP. II. pariter Prædecessor noster eidem Congregationi omnia, & singula privilegia, & Indulta Congregationi Cassinens. alias S. Justinae de Padua dicti Ordinis a Sede Apostolica concessa communicavit; Deinde vero similis me. Pius PP. V. etiam Prædecessor noster per quasdam Literas Apostolicas anno 1567. desuper expeditas privilegia Ordinum Regularium Mendicantium ad undecim Congregationes extendendo, etiam primodictam Congregationem inter alias enumeravit, sed successive prædictis Pii Prædecessoris literis a rec. mem. Gregor. PP. XIII. itidem Prædecessore nostro revocatis, Congregationes Monasticæ fere omnes cum pro obtinenda privilegiorum Ordinum Regularium Mendicantium hujusmodi communicatio ad nonnullos Romanos Pontifices Prædecessores nostros recursum habuissent, vigore Indulorum specialium eis concessorum dictam, ac universalem eorundem privilegiorum, ac gratiarum, quibus Ordines Regulares tam Mendicantes, quam non Mendicantes fruuntur, communicationem sibi concedi obtinuerunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, eadem primodicta Congregatio Vallis-Umbrosæ hac universali communicatione de presenti destituta reperitur, ac proinde dictus Columbinus Abbas Generalis prædictæ suæ Congregationi omnia, & singula privilegia, gratias, & Indulta quæcumque a Sixto V., Clem. VIII., Gregorio XVI., Paulo V., Gregor. XIV., Urbano VIII., ac Innocentio XII. Romanis Pontificibus, etiam Prædecessoribus nostris Congregationibus S. Hieronymo Hispaniæ Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, necnon Monachorum Camaldulensium, Cisterciensium, Cælestinorum, & S. Mauri in Gallia, necnon Carthusien., & Sanctiss. Trinitatis Redemptoris Captivorum Ordinibus respectivè concessa, ac quibus Congregationes, & Ordines prædicti quomodolibet utuntur, & gaudent, a nobis communicari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Congregationem præfatam, quam peculiari paternæ charitatis affectu prosequimur, ipsumque Columbinum Abbatem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes,

CXXIV.

Dat. 28. Sept.
1713. An. 13.

Exordium.

Varia privilegia concessa d. Congregationi an. 1484. erectæ, & causæ præsentis Concessionis.

Preces Abbatis Gener. pro d. Communicatione privilegiorum singillatim expositorum.

tes,

Concessio
præd. Indulgentiæ.

tes, & singulares Congregationis hujusmodi personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Caroli Augustini ejusdem S. R. Eccles. Cardinalis Fabroni nuncupat. prædictæ Congregationis Vallis-Umbrosæ apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super præmissis eidem Cardinalibus facta, memoratæ Congregationi Vallis-Umbrosæ, petitum Indultum, seu communicationem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus.

Concessio
præd. Communicationis.

Clausulæ.

§. 4. Decernentes eadem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suasque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Congregationis Vallis-Umbrosæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXXXV.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Fratrum Capuccinorum in Festis SS. Paschalis Baylon, & Jo. a Capistrano.

Ab Inn. XI. Const. ed. 1689. Maji 19. P. 13. concessa fuit facultas applicandi quamdam Indulgentiam animabus Defunctorum. Et Bened. XIII. Const. ed. 1709. Mar. 12. P. 5. extat Beatificatio B. Fidelis.

Dat. 11. Oct.
1713. An. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem Cælestibus Ecclesiæ Thesau-

ris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum ubique existent. in Sanctorum Paschalis Baylon, & Joannis a Capistrano a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote viderint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quod die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 1. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Octobris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Clausulæ.

Decernitur, servandum esse solitum super suffragio ferendo a Superioribus cujuscumque Cœnobii Fratrum Ordinis Prædicatorum in Provinciis Indiarum Occident., non obstante Constitutione Pauli V.

CXXXVI.

Laudata Pauli V. Const. ed. fuit 1611. Decem. 23. Idem concessum fuit Provinciis S. Antonii, & S. Crucis ab hoc Pontifice Const. ed. 1712. Jul. 2. P. 12. necnon Eremitis S. Augustini Const. edit. 1713. Jun. 21. P. 13. Et Innoc. XIII. Constitut. ed. 1722. Apr. 24. P. 1. concedantur Provincia Mexicana octo gradus Magisterii.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte Provinciarum S. Antonii novi Regni Granatensis, & Sanctæ Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum in Indiis Occidentibus Nobis exposito, quod licet praxis inconcussa inolevisset, Priores, seu Vicarios illorum Conventuum, seu Domorum, tametsi sufficientem Religiosorum numerum minime alerent, itaut in nonnullis ex eisdem Conventibus quatuor Religiosi, ac etiam unus uti Prior, seu Vicarius permaneret ad Provincialia Capitula cum Voto, & loco in Superioris Provincialis electione juxta etiam approbationem sel. rec. Clementis VII., Pauli III., Gregor. XIII., & Alexandri etiam VII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum semper accessisse, nihilominus nonnullis abhinc annis ab aliquibus factionariis scandalose præsumtum fuerat, Provincialium, seu Vicariorum electiones cum Voto, & suffragio eorumdem Priorum, seu Vicariorum sic celebratas nullas, & irritas fuisse, & quidem vigore quarumdam piæ mem. Pauli PP. V. pariter Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis die 27. Decembris 1611. expeditarum literarum, quibus præscribitur, quod dicti Conventus, seu Domus numerum saltem octo Religiosorum alere non valentes perpetuo supprimi, aut fratres in tam exiguo numero inibi viventes, ad alios Conventus, ubi regularis vigeret observantia transferri deberent. Et in eadem expositione subjuncto, quod ejusdem Pauli V Prædecessoris Literas hujusmodi per Episcopos

Dat. 11. Oct.
1713. An. 13.

Idem antea definitum fuerat a Congregatione pro Provinciis S. Antonii, & S. Crucis.

& Archiepiscopos earumdem Indiarum quorum arbitrio illarum executio remissa fuerat, executioni unquam demandatas fuisse non constabat; Imo Vener. Frater Archiepiscopus Sanctæ Fidei infrascriptæ Cardinalium Congregationi per peculiarias literas ipsi directas retulerat, impossibile prorsus fore ad earum executionem devenire; Ideoque earumdem Provinciarum nomine nobis supplicato, ut in dictis Provinciis tam circa permanentiam memoratorum Conventuum, quam accessus, ac suffragia danda ab illorum Prioribus, & Vicariis in ejusmodi Capitulis Provincialibus non obstantibus prædictis Pauli V. Prædecessoris literis. Solitum servari mandavimus. Nos controversiam hujusmodi ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum examinandam remisimus; Ipsa vero Congregatio per suum Decretum die 10. Junii anni proxime præteriti emanatum rescripsit, quod solitum servaretur, prædictis Pauli V. Prædecessoris literis, & aliis quibuscumque non obstantibus.

Causa fequentis Decreti, & preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit ne eadem præteniones, & scandala in omnibus aliis dictarum Indiarum Occidentalium Provinciis prædicti Ordinis vigeant, seu irrepant, ac proinde in illis, id quoque quod pro prædictis Provinciis Sancti Antonii, & Sanctæ Crucis Decretum fuit, servari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Decretum præd. pro aliis Provinciis.

§. 2. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasiones, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinari, de suprascriptæ Congregationis Cardinalium consilio, ut de cætero in reliquis earumdem Indiarum Occidentalium Provinciis ejusdem Ordinis, prædictis Pauli V. Prædecessoris literis, & aliis quibuscumque minime obstantibus, servetur solitum auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis prælatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis

habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum autsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Octob. MDCCXIII. Pontificatus nostri anno Decimotertio.

Conceduntur Indulg. perp. Clericis, seu Presbyteris, qui interfuerint Collationibus fieri solitis in Ædibus Congregationis Missionis in Monte Citatorio Urbis.

CXXVII.

Const. ed. 1701. Nov. 5. P. 1. extant alia Indulgentiæ, & Bened. XIII. Const. ed. 1719. Aug. 13. P. 6. Beatificatio Servi Dei Vincentii a Paulo.

C L E M E N S P A P A X I .

Dat. 27. Oct. 1713. An. 13.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, in Domo Presbyterorum Sæcularium Congregationis Missionis nuncupat. in Monte Citatorio de Urbe, juxta laudabile ejus institutum singulis tertiis feriis cujuslibet hebdomadæ collatio, sive Colloquia ad perfectionem spiritus conducentia haberi consueverint. Nos eorum devotionem, qui operi adeo pio, & salubri vacaverint cælestium Ecclesiæ thesaurorum largitione magis excitare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Clericis, sive Presbyteris in dicta Collatione tam descriptis, quam pro tempore describendis, in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam; Præterea eisdem præsentibus, & futuris Clericis, seu Presbyteris, vere similiter pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesiæ dictæ Domus feria tertia majoris hebdomadæ, qua propositum imitandi Salvatorem nostrum innovare solet, a primis vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi annis singulis devote visitaverint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem Clericis, seu Presbyteris nunc, & pro tempore existentibus, qui in reliquis tertiis feriis totius anni ejusmodi Collationi, & Colloquiis interfuerint, & oraverint, ut præfertur centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Collationes fieri solent singulis tertiis feriis.

Indulgentia plen. in mortis articulo.

Item alia in feria 3. majoris hebdomadæ.

Necnon 100. dies in reliquis tertiis feriis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Octobris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Pro-

CXXXVIII.

Prohibetur, ne Clerici Congregationis Doctrinae Christianae in Gallis sine Generalis, & Diffinitorii facultate Beneficia accipiant, nec unquam in Domo mulieres introducant.

Hoc secundum prohibitum fuerat ab Alexan. VII. Const. ed. 1696. Miji 16. P. 5. praecepta fuit executio vite communis. Et Const. ed. 1699. Jun. 22. P. 8. agitur de voto, ac juramento. Item hujus Pontificis Const. ed. 1716. Sep. 28. P. 16. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727. Junii, P. 4. eduntur quaedam ordinationes pro bono regimine.

Dat. 28. Oct.
1713. An. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Procuratoris Gen. jussu Capituli Gen. Pontifici oblatæ pro remedio adferendo duobus abusibus.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Fallo Procurotor Generalis Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia quod alias in ultimo Capitulo Generali dictae Congregationis in Civitate Parisien. celebrato unanimi consensu deliberatum fuit, Nobis supplicandum esse, quatenus aliquod remedium nonnullis abusibus in eadem Congregatione in magnum ejus detrimentum vertentibus adferre dignaremur. Primo quidem quod quamvis ex dictae Congregationis Constitutionibus cautum reperitur, ne quis Beneficium quodcumque Ecclesiasticum absque Generalis, ejusque Diffinitorii consensu accipere audeat, accidit tamen sapissime, ut nonnulli in eadem Congregatione professi ejusmodi Beneficia Ecclesiastica, licentia, & consensu praedictis minime obtentis, sibi conferri procurent, vel oblata recipiant, quod revera absque paupertatis, & obedientiae ab ipsis emissorum votorum infractione nullo modo fieri potest. Secundo ut novum, majusque robur acciatur cuidam Decreto a fel. rec. Alexandro Papa VII. Praedecessore nostro die 8. Decembris 1660. emanato, per quod sub poena excommunicationis ipso facto incurren. prohibetur, ne quis ejusdem Congregationis intra illius Domo, seu Collegia mulieres introducere audeat. Nobis propterea dictus Joannes Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipse Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, hanc serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem venerabilis Fratris Cornelii Archiepiscopi Carthagenen. apud Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum nostri, & Apostolicae Sedis Nuntii super praemissis ad eosdem Cardinales transmissam, perpendunt consilio, ne de caetero quicumque dictae Congregationis quodcumque beneficium Ecclesiasticum absque moderni, & pro tempore existentis Praepositi Generalis ejusdem Congregationis cum suo Diffinitorio in scriptis obtemperata licentia sub nullitatis collationis, seu provisionis hujusmodi beneficii accipere, nec intra Domo, & Collegia praedictae Congregationis mulieres sub excommunicationis poenis ipso facto incurren. introducere audeat, seu praesu-

Prohibitio praedicta juxta Constitutiones Ordinis, & Apostolicas.

mat, autoritate Apostolica tenore praesentium interdicimus, & prohibemus.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Octobris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotercio.

Clausula.

XXXX

XXXX

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Fratrum Min. de Observ. in festo S. Catharinae Bononien.

CXXXIX.

Ab hoc Pontifice Sanctarum albo adscripta fuit. Aliae Indulgentiae extant Const. ed. 1701. Jun. 14. P. 1. Et Bened. XIII. Const. ed. 1726. 5. Nonas Mar. P. 2.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 15. Nov.
1713. An. 13.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quae Nobis reliquit exemplorum sectatores, altis decoravit honoribus, & caelestis Beatitudinis consortes efficit, vices, licet immeriti gerentes in terris spiritualium munerum thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Caeli Incolas Fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§. 1. Cum itaque nos alias ad honorem Sanctissimae, & individuae Trinitatis, ad exaltationem Catholicae Fidei, & Christianae Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, & Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc existentium consilio, Beatam Catharinam a Bononia Ordinis Sanctae Clarae auctoritate Nobis a Domino tradita Sanctam esse decreverimus, & diffiniverimus, illamque Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripsimus. Hinc est, quod Nos ad augendam fidelium Religionem, & animarum salutem caelestis Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia,

Causae praefectis concessio.

& Beato

1713.
& 1714.
Concessio
præd. Indul-
gentiæ die 9.
Martii.

& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum tam hæcenus erectis, quam in posterum quandoque erigendis, & ubicumque locorum existentibus die festo ejusdem Sanctæ Catharinæ, nempe die nona Martii, a primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Clausula.

§. 2. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Novembris MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXXX.

Reformatur Constitutio Pauli III. super facultate Confessoriorum Hospitalis Sanctæ Mariæ de Consolatione cum illius extensione ad Confessorios aliorum Hospitalium de Urbe.

Laudata Constitutio ed. fuit. 1544. Jun. 13. Innocent. XII. Const. ed. 1694. Aug. 18. P. 3. concessa fuit Indulgentia plen. pro Archihospitali S. Spiritus in Saxia. Hujus Pontificis Const. ed. 1711. Maji 13. P. 11. interdicta fuit etiam Pœnitentiæ iis facultas absolventi a cubus S. Sedi reservatis. Et Bened. XIII. Constit. ed. 1726 Decem. 6. P. 3. erigit Hospital. B. Gallicani, ei-que Privilegia conceduntur.

Dat. 12. Jan.
1714. An. 14.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad perpetuam rei memoriam.

Epitome
Constitutio-
nis Pauli III.
qua concessa
fuit Confes-
sariis a Cu-
stodibus de-
putatis facul-
tas absolven-
di a censuris,
& peccatis
S. Sedi refer-
vatis como-
urandi Vota,
& impetra-
ndi Indulgen-
tiam plena-
riam in arti-
culo mortis.

Alias pro parte tunc existentium Custodum Fraternalitatis Hospitalis Beatæ Mariæ de Gratiâ, Consolatione, & Porticu nuncupat. de Urbe fel. rec. Paulo Papæ III. Prædecessori Nostro exposito, quod in dicto Hospitali, quod ex eleemosynis Christianissimorum gubernabatur, quamplures pauperes infirmi utriusque sexus diversarum nationum pro sanitate recuperanda venientes, in dies recipiebantur, qui ex Statuto, vel consuetudine ipsius Hospitalis antequam ad cubacula accederent, eorum peccata Confessoribus ad hoc per Custodes deputatis confiteri tenebantur, & in eadem expositione subjuncto, quod licet verisimiliter credendum esset quod in erectione dicti Hospitalis, aut postmodum, vel alias a Sede Apostolica concessum fuisset, quod infirmi ad Hospital. hujusmodi accedentes ab omnibus, & singulis eorum peccatis etiam Sedi Apostolica reservatis absolvi possent; nihilominus, quia de hujusmodi concessione non constabat pro parte prædictorum Custodum, & Confratrum eidem Paulo Prædecessori humiliter supplicato, quatenus eorum, & ipsorum infirmorum conscientiarum tranquillitati opportune consulere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur: Idem Paulus Prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatu-

Presbytero, & Presbyteris per Custodes dicti Hospitalis pro tempore existentes deputatis, & ab illis deputandis, etiam si Presbyteri Sæculares, vel cujusvis Ordinis, & Mendicantium Regulares fuissent, omnium, & singulorum utriusque sexus Christianissimorum personarum tunc & pro tempore ad dictum Hospital. pro sanitate recuperanda confluentium cujuscumque qualitatis, etiam si divites, & etiam si Clerici Regulares, vel cujusvis Ordinis, etiam Mendicantium Regulares fuissent, confessiones quotiescumque confiteri voluissent, audiendi, & illis auditis eos ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis quomodolibet latis, & votorum quorumcumque, Juramentorum, & Ecclesiæ mandatorum transgressionibus, perjuriarum, & homicidii mentalis, vel casualis, necnon adulterii, incestus, stupri, fornicationis, sacrilegii reatibus, omnibusque aliis, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam si Sedi Apostolicæ reservatis, de quibus corde contriti, & ore confessi fuissent, etiam si talia fuissent, propter quæ merito Sedes Apostolica esset consulenda, absolventi, & pro commissis poenitentiam salutarem injungendi, necnon vota quæcumque (ultra marino, visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli, Sancti Jacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis Votis dumtaxat exceptis), in alia pietatis opera commutandi, juramenta quæcumque relaxandi, ipsique infirmis Ecclesiastica Sacramenta, prout eatenus fecerant, ministrandi, ac eis in articulo mortis plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem, etiam si mors non subsecqueretur, & quoties mors immineret, vel in dicto mortis articulo constituti viderentur, impendendi, licentiam, & facultatem sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica concessit, & largitus fuit, & alias prout in prædictis Pauli Prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 13. Jun. 1544. expeditis Literis, quorum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut Venerabilis Frater Fabricius Episcopus Lycien. Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & Locorum piorum Alimæ Urbis nostræ, auctoritate Apostolica instituta deputatorum Pro-Secretarius, Nobis nuper exponi fecit, ipse facultates a memorato Paulo Prædecessore per Literas supradictas Confessariis dicti Hospitalis concessas, ut præfertur, etiam ad aliorum ejusdem Urbis Hospitalium Confessorios per Nos extendi plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Fabricii Episcopi, & Pro-Secretarii votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum sententiarum absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictas

Preces Pro-
secretarii Vi-
sitationis An.
pro facultatis
extensione
ad alia Hos-
pitalia Ur-
bis.

Pauli